UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

CAPVT VIII.

Voluntatis ſuæ arcanũ, nullo vnquã tempore Deus mortalibus inſinuare deſtitit.

POrro per verbum ſuum, Deus ſanctiſſimæ voluntatis ſuę arcanum, miſeris mortalibꝰ aperire dignatus eſt. Quod vt quam commodiſſimè faceret, ad id muneris nullo vnquam tempore, tremẽdę ſuę maieſtatis legatos, deſtinare omiſit, qui ea quæ Eccleſiæ ſuæ ad ſalutem neceſſaria eſſent, exponerẽt. Huic rei ipſa veritas in Euangelio eiuſcemodi parabola teſtimonium perhibet dicens: Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horã tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod iuſtum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem abijt circa ſextam et nonam horam, et fecit ſimiliter. Circa vndecimam verò exijt, et inuenit alios ſtantes, et dicit eis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicũt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis:

Matt. 20

lis:

illis: Ite et vos in vineam meam. Iſte paterfamilias, Deus pater eſt, cui ſeruit omnis creatura, cuius eſt terra et plenitudo eiu s, qui habet vineam vniuerſam, ſcilicet Eccleſiam, quæ ab Abel iuſto, vſque ad vltimnm electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit, vt ſanctus Gregorius exponit. Hic ergo paterfamilias ad excolendam vineam ſuam, mane, hora tertia, ſexta, nona & vndecima, operarios conducit, quia à mundi initio vſque ad finem, ad erudiendam plebem fidelium, prædicatores congregare non deſtitit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vſque ad Noe. Hora verò tertia, à Noe vſque ad Abraham. Sexta quoque, ad Abraham vſque ad Moyſen. Nona autem, à Moyſe vſque ad aduentum domini. Vndecima verò, ab aduentu domini, vſque ad finẽ mũdi, in qua prædicatores ſancti Apoſtoli miſſi ſunt. Ad erudiendã ergo dominus plebem ſuã, quaſi ad excolẽdam vineam ſuam, nullo tẽpore deſtitit operarios mittere, quia & prius

per patres,& poſtmodum per legis doctores & prophetas,ad extremum verò per apoſtolos, dum plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios in vineę ſuæ cultura laborauit.Hæc ille.

CAPVT IX.

Ephe 4 Apoſtolorum ſucceſſores in cultura vineæ domini qui ſint

PОrrò apoſtolis ſucceſſerunt paſtores & doctores, de quibus Paulus ait:Chriſtus dedit quoſdam quidem apoſtolos,quoſdam autem prophetas,alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores , ad conſummationē ſanctorum,in opus miniſterij,in ædificationem corporis Chriſti , donec occurramus omnes in vnitatem fidei,& agnitionis filij Dei,in virum perfectū, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti,vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum,in aſtutia, ad circumuentionem erroris. Quibus planè verbis ſanctus Apoſtolus hos paſtores & doctores ac cæteros dicit eſſe inſtitutos in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti, id eſt, vt fide-